



Bibliographische Daten

Titel: Alexander de Villa Dei; De forma vivendi monachorum; Perikopen;
Novum Testamentum. - Nürnberg, STN, Cent. I, 81
Signatur: Cent. I, 81

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

aut mortuus fuerit vir ei. Libertas
est a lege viri. ut non sit adultera
si fuerit cum alio viro. Itaque fratres
mei mortificati estis legi per corpus
christi ut sitis alterius qui ex mortuis
resurrexit. ut fructificemini deo. Cum
enim essemus in carne. passionibus peccatorum
que per legem erant. operabantur
in membris nostris: ut fructificaret
morti. Nunc autem soluti sumus a lege
mortis in qua detinebamur: ita ut
seruiamus in nouitate spiritus: et non
in uetustate littere. Quod ergo
dicemus? Lex peccatum est. Absit. Quia
peccatum non cognouimus: nisi per legem
Nam concupiscentiam nesciebam: nisi
lex diceret. Non concupisces. Occa-
sione autem accepta peccatum per mandatum:
operatum est in me omne concupiscentiarum.
Sine lege enim: peccatum mortuum erat.
Ego autem uiuebam sine lege: aliquando
quia cum uenisset mandatum: peccatum
reuiuixit. Ego autem mortuus sum: et
inuentum est michi mandatum quod
erat ad uitam: hoc esse ad mortem.
Nam peccatum occasione accepta per
mandatum. seduxit me: et per illud
cecidit. Itaque lex quidem sancta: et
mandatum sanctum et iustum et bonum.
Quod ergo bonum est. michi factum est
mors? Absit. Quia peccatum ut appareat
peccatum: per bonum operatum est michi
mortem: ut fiat supra modum peccans
peccatum per mandatum. **C** Quam enim
quia lex spiritualis est: ego autem carnalis
sum. uenundatus sub peccato. Quod enim
operor non intelligo. Non enim quod
uolo hoc ago. sed quod odi illud facio.
Si autem quod uolo illud facio: con-
sencio legi quoniam bona est. Nunc autem
iam non ego operor illud: sed quod
habitat in me peccatum. Occio enim: quia
non inhabitat in me. hoc est in carne

mea bonum. Nam uelle adiacet michi:
perficere aut bonum non inuenio. Non enim
quod uolo bonum hoc facio: sed quod nolo
malum hoc facio. **S**i autem quod nolo illud
facio: non ego operor illud: sed quod habitat
in me peccatum. Inuenio igitur legem uolenti
michi facere bonum: quoniam michi malum
adiacet. **C** Condelector enim legi dei:
secundum hominem interiore. Video autem
aliam legem in membris meis: repugnantez
legi mentis mee. et captiuante me in
lege peccati. que est in membris meis.
Infelix ego homo: quis me liberabit
de corpore mortis huius? Gratia dei.
per iesum christum dominum nostrum. Igitur ego
ipse mente seruis legi dei: carne
autem legi peccati. **VIII.**

Nihil ergo nunc dampnatiois est
hys qui sunt in christo iesu: qui
non secundum carnem ambulat. Lex enim
spiritus uite. in christo iesu: liberauit me
a lege peccati: et mortis. Nam quod
impossibile erat legi in qua infirmabatur
per carnem: deus filium suum mittens in
similitudine carnis peccati. et de peccato
dampnauit peccatum in carne: ut iustificatio
legis impleret in nobis: qui non secundum
carnem ambulamus: sed secundum spiritum.
Qui enim secundum carnem sunt: que carnis
sunt sapientia. Qui uero secundum spiritum:
que sunt spiritus sentiant. Nam prudentia
carnis: mors est. prudentia uero spiritus:
uita et pax. Quoniam sapientia carnis:
mimica est deo. Legi enim dei non
est subiecta. Nec enim potest. Qui
autem in carne sunt: deo placere non
possunt. Vos autem in carne non estis:
sed in spiritu: si tamen spiritus dei
habitat in uobis. Si quis autem spiritum
christi non habet: hic non est eius. Si
autem christus in uobis est: corpus quidem
mortuum est propter peccatum: spiritus uero
uiuunt propter iustificationem. Quia si